



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Discursus I. Fulginaten, Domus. De investitura præventiva, seu abusiva  
pro quando casus devolutionis bonorum emphyteuticorum advenerit, An  
fieri possit per Prælatum, vel alterum Principe inferiorem, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

DE  
EMPHYTEUSI.  
DISCURSUS PRIMUS.  
FULGINATE N. DOMVS  
PRO  
CURTIO MORSELLIO,  
CUM  
BENEDICTIS.

*Casus decisus per Rotam pro Morsellio:*

De Investitura præventiva , seu abusiva pro quando casus devolutionis bonorum  
emphyteuticorum advenerit , An fieri possit per Prelatum vel  
alterum Principe inferiorem , Et de rationibus  
illam prohibentibus.

Et quatenus fieri possit, An id impedit primum emphyteutam possessorem suum jus alteri  
cedere seu alias bona alienare; Et facta alienatione de assensu domini quisnam  
ex istis præferatur. Et alia de emphyteusi concessa viro & uxori,  
principaliter in gratiam viri, An & qua-  
le jus uxori acquiratur.

S U M M A R I U M

- 1 DE statu bonorum emphyteuticorum Fulgina-  
ten.
- 2 Facta series super casu controversie.
- 3 Decisiones cause.
- 4 Investitura abusiva seu præventiva etiam ubi fieri  
potest intelligitur sine prejudicio possessoris.
- 5 Qualibet dispositio etiam Principis intelligiur sine  
tertiu prejudicio.
- 6 In dispositiobibus relativis attenditur magis relatum  
quam referens.
- 7 Habens secundam investitiram ex concessione primi in-  
vestiti & possessoris prefertur habenti primam in-  
vestitiram abusivam.
- 8 Investitura abusiva non tribuit dominium vel posse-  
fitionem, neque aliquod ius reale.
- 9 Gratia expectativa non impedit possessorem beneficium,  
ne illud resignare valeat, & resignatarius prefertur  
habenti expectativam.
- 10 Cessionarius vel resignatarius primi possessoria , non  
obstante expectativa alterius, quale ius habere di-  
citur , & quod sit idem per continuatio-  
nem.
- 11 Ad materiam leg. quoties Cod. de rei vendi-  
cat.
- 12 Facta concessione emphyteutica ex causa onerosa vi-  
ro & uxoricum pecunia viri , an aliquod ius uxori  
queratur.
- 13 Donatio inter virum & uxorem recipit confirma-  
ri.

tionem à morte, securus autem in Urbe ex Statuto;  
quia est nulla ipso jure.

- 14 Sub generali facultate concessa Vicario vel alteri of-  
ficiali concedendi etiam investituras feudales  
vel emphyteuticas non venit illa facien-  
do concessiones abusivas , & de rationi-  
bus
- 15 Prelatus vel alter P- incipe inferior non potest facere  
investituras abusivas nec supplantare succe-  
sorem.
- 16 Examinatur discept. 418. Gratian.
- 17 De ratione voti captandi mortis ob quam inferior  
non potest facere concessiones abusivas , & in specie  
de officiis.
- 18 An & quando procedat argumentum à feudo ad  
emphyteusim, & econtra.
- 19 Examinatur materia potestatis Papa vel alterius  
supremi Principis faciendi concessiones abus-  
ivas , & an obstat ratio supplantandi successo-  
rem.
- 20 Ad quos effectus consideretur defectus potestatis  
Papa vel alterius Principis, & de materia remissi-  
ve.
- 21 De defectu potestatis Prelatorum inferiorum fa-  
ciendi concessiones abusivas, & de rationibus , &  
quando sint nulla ipso jure, vel habeant implicitum  
statum validitatis.
- 22 Quid importet alium esse ab initio & ipso jure infe-  
ctum, vel potius habere implicitum statum validi-  
tatis.
- 23 Gratia vel investitura anterior preferitur posterio-  
ri.

## DISC. I.

**E**xistente notabili parte bonorum, præteritum urbanorum, Civitatis Fulginaten. de dicto dominio illius Ecclesie Cathedralis, titulo emphyteutico sub modo canonice, seu responsione possessorum per illos cives, & incolas, cum ejusdem Ecclesie necessitate, finitis lineis, seu generationibus, juxta illam consuetam formulam, denuo renovandi, vel ex concordia, ut præsupponunt ejusdem Civitatis alumni Fulgin. in eius tractatu de emphyteusi ut. de renov. quæst. 2. num. 34. & Crocus discep. 62. sub num. 4. ex eisdem fortè rationibus, ex quibus prodierunt, Bonifa, ciana in Lombardia, translatio Ravennate, indultum Urbani VIII. pro pluribus Civitatis, & Diœcesis Status Urbini, alterum Alexandri VIII. pro Civitatis Perusii, & Civitatis Castelli, Statutum, seu consuetudo Abbatiae Farfen, cum similibus. Hinc proutem hujusmodi bona ad instar al odialium, & indifferuentium sunt inter istos cives, & incolas in commercio, cum contractibus correspondivis, sub obligatione tamen ac necessitate obtinendi assensum, vel renovationem respectivæ mediante solutione cuiusdam laudem, seu recognitionis, in qua major Ecclesie utilitas consistit, ut in præfatis & aliis similibus Ecclesiis contingit.

Emit igitur Domitius, de anno 1652. à possidente domum controversam sub dicto dominio Ecclesie, à qua novam investitutam obnuit, pro se, & Pompilia uxore, eiusdemque Domitii tantum filis, & descendenti bus, ad tertiam generationem, & in defultum generationis, ad unam nominationem, juxta consueram illius investituræ formulam; Obiit Domitius ab aliquo prole, nulla que facta nominatione, unde Pompilia uxor in possessione dictæ domus continuavit tanquam emphyteuta, canones solvendo, eaque adhuc vivente, fratres de Benedictis, de anno 1656. in vim nominationis reportata ab intestato hærede dicti Domitii, novam investitutam obtinuerunt ab illius Episcopi Vicario generali, cum claustrula, sine præiudicio ususfructus Pompilia, juxta formam prima investiturae competenter, cuius investituræ vigore, curarunt adipisci præfactæ domus possessionem instrumentalem, contradiccam à præfata Pompilia, quæ illinc ad triennium eandem domum, in cuius pacifica possessione continuaverat, pretio scutorum mille vendidit Curtio fratri, qui novam investitutam ab Episcopo accepit, subsequita possessione pacificè continuata usque ad annum 1664. in quo sequutus est dictæ Pompilia obitus, per quem orta controversia inter dictum Curtium, ac præfatos de Benedictis. Et iuncta causa coram A.C. prodit sententia, præfacto Curtio favorabilis, à qua, per appellationem, introducta causa in Rota coram Cervo, datoque dubio ad instantiam aetorum, in possesso retinendæ, sub die 11. Decembris 1665. pro eodem Curtio responsum fuit, illi scilicet, manutentionem dandam esse? Deindeque assumpcio altero dubio petitorum, quanam investitura attendi deberet, sub die 5. Martii 1666. pro Curtio pariter responsum fuit hanc scilicet ultimam, sibi concessam attendendam esse, & in hoc statu causa reperitur.

Principius autem hujusmodi disputationum punctus fuit super iure quæsto præfacta Pompilia ex dicta investitura domino viro facta, si enim jus emphyteuticum illi quæsum est, ita mortuo viro absque filii ipsa dicenda est emphyteuta, tunc iudicium pro auctoribus scribentes, ut potest in hoc jure, principaliter

insistentes, atq; in eo totum constituentes fundatum, implicitè admittebant bonum jus istius partis, & merito, quoniam posita etiam in Episcopo, seu ejus Vicario, facultate faciendi hujusmodi prævenivas, seu abusivas investituras, adeò ut nullatenus obstantea, quæ infra, circu hujusmodi potestatis defectum deducere habentur, adhuc tamen, in communis tentu hanc facultatem admittentium, illa intelligitur, absque aliquo præjudicio, nec quidem modico, possessoris, ac prioris emphyteutæ, cuius investitura adhuc duret, ut ad literam disponit textus in cap. 2. de fendo dato in vim legis commissaria. ubi Alvaro. Et catari collecti per Hartman. Pistor. lib. 2. par. 2. qu. 28. num. 3. Rosenthal. de fendo cap. 6. conclus. 9. in glos. litera B. post med. vers. per quem tex- tum.

Ex ea clara ratione, quod hujusmodi facultas, etiam in casibus, in quibus de iure competit, concessa intelligitur sine præiudicio tertii, quod semper præservatum censemur, etiam in concessionibus factis à supremo Principe, qui iuri tertii, quod semper præservatum censemur, etiam in concessionibus factis à supremo Principe, qui iuri tertii derogare potest, ad text. in l. 2. §. quod à Principe p. ne quid in loco publico, cum concord. collectio per Gomesium in regul. de iure ter- rito quæst. conclus. prima Adden. ad decis. 666. par. 4. rec. tom. 3.

Duplex autem præiudicium clarè resultabat dictæ Pompilia, quatenus illa, ut supra, utilis domina, & emphyteuta supponenda esset; Primo, & principaliter, circu testicam eius libertatem eandem domum seu ius emphyteuticum contrahendi præequivalenti pretio, dum de facto huiusmodi bona, ob assensum, à Domino directo non denegandum, in isto com- mercio existunt; Et secundò, quia ita impeditum re- manebat ius necessariae renovationis eiudem mori- entis hæredi, vel proximiiori competens, quod de fa- cto in hac specie emphyteusis importare videtur idem, ac ipsa bona, & in quo præiudicio principi later se fundat Rota decisio,

Fortius verò dictum possidente præiudicium præ- servatum censemur, Tum quia agitur de concessione facta per inferiorem Principe, in quo, non solum ur- getratio deficientis voluntatis, quæ Principi cōvenit, sed etiam illa deficientis potestatis derogandi iuri ter- ti, Tum etiam quia omnis difficultas in proposito cel- fabat ex facto, dum eadem præventiva, seu abusiva investitura expresse continet clausulam sine præjudi- cio; Licet enī præservari enunciatur solum ius usus- fructus, ut scribentes in contrarium infistebant, ni- hilominus relatio habetur ad investitutam, unde propteræ clara resultat voluntas præservandi illud ius, tale quale ex ipsa investitura competere, ex er- ronea opinione enunciatum in solo ususfructu, cum in dispositionibus relativis, in relato potius, quam in referente disponentis voluntas esse dicatur, ideoque relatum potius attendendum est ad communiter. not. in autb. si quanis in aliquo documento C. de eden. Cava- ler. dec. 166. Mantic. dec. 352. cum aliis per add. dec. 9. n. 21. Et seqq. par. 3. rec. potissimum quia verbum, usus- fructus, est & equivocum, aptum etiam comprehendere dominium, seu ius in proprietate, in iure signifi- catum sub nomine ususfructus causalis contradic- stincti ab ususfructu formalis importantem nudam ser- vitatem.

Hinc proutem de consequenti resultabat, tam in petitorio, quam in possesso pro hoc secundo in- vestito ex cessione primi possidente respondendum es- se, ut per Hartman. Pistor. dicta qu. 28. per tot. Rosenthal. dicto cap. 6. conclus. 11. num. 2. cum sequen. Et in glos. li- tera B. ac firmanti scribentes inter confilia A.c. de- mire

# DE EMPHYTEUSI DISC. I.

9

mia Marburgensis vol. 4. n. m. p. Vulcieus cons. 20 num. 106. & cons. 46. num. 117. & Gadeus cons. 37. nu. 1184. cum sequen. & cons. 48. num. 291. Ex ea clara, & irrefragibili ratione per omnes feudistas assignata, quod hujusmodi præventivæ, seu abusivæ concessiones

<sup>8</sup> non transferunt, nec dominium, nec possessionem, minusque tribuant jus reale exercibile contra tertium, sed solum in casu validitatis actionem personalem contra ipsum dominum, ut apud allegatos.

Quod à simili habemus in terminis beneficialibus, in quibus tamen beneficialistæ, à feudistis totum defununt, quod scilicet gratia præventiva, seu expectativa, etiam per ipsum Papam de beneficio pleno facta, postquam per cessum, vel decessum vacaverit, non admittit possessori facultatem illud resignandi, quodque, facta resignatione, resignatus præfertur, tam in petitorio, quam in possessione habenti dictam gratiam expectativam, ex deducis dec. 614. par. 4. rec. tom. 3. Ex dicta ratione, quod habens expectativam non acquirit dominium, vel possessionem, seu jus reale, sed tantum quamdam spem, seu jus personale contraria concedentem, ne facto casu vacationis, in his terminis prophanis emphyteuticis, vel feudalibus pro se retinere valeat, vel quod alteri concedendo, teneatur ad quanti interest &c.

Resignatus enim, seu cessionarius, ita per Principem, vel dominum directum admissus, tanquam subrogatus in jus, & locum primi emphyteuta seu feudataris, non dicitur nova persona, sed una, & eadem, ac prima formalis, ita commutata de una persona materiali ad alteram, neque obtinere dicitur ex jure, vel titulo novo, sed ex prioris continuatione. Adinstar eorum, quæ habemus de pensione translata, quod ad hos effectus, non dicitur nova, sed antiqua. Ac de termino prorogato, primo adhuc durante, quod dicitur unus, & idem, cum similibus, Unde habens hujusmodi expectativam, seu abusivam concessionem, conqueri solum debet de domino assentiente, quatenus in istius libito, & facultate esset non assentiri, in quibus terminis loquuntur DD. concedentes ita abusivè investitio actionem ad damna, & interesse contraria dominum, secus autem, ubi ratione subiectæ materia, ut in praesenti, talis assensus ait magis necessarius, quam voluntarius, cum tunc nulla supersit conquerendi occasio de domino, qui nihil illicet, neque dat am fidem violavit, sed exceptantis jus differtur, ob impediam purificationem conditionis, in qua ejus spes radicata est,

Scribentes pro actoribus, ad prædicta effugienda, credentes prælationem hujus ultimæ investiturae reo concessas, cum subsequta possessione, relutare solum à dispositione, vel ratione textus int. quoties Cod. de rei vindicar. ut scilicet, re dubius concessas, præferatur ille, quamvis posterior, cui prius tradita est, cuius textus dispositionem DD. extendunt ad quascumque materias, & in specie, ad officia & feuda, aliaque similes concessiones, ex deducit. apud Affl. decis. 299. Curs. diversor. feudal. num. 14. & seqq. Rot. dec. 64. p. 7. rec. 174. p. 6. & 175 par. 10.

Conabatur elaborare quidem, & doctè deducere plures hujus regulæ limitationes, illam præterim resultantem ex traditione, quæ inesse dicitur in clausula constituti, sive ex eo, quod iidem actores illico instrumentalem possessionem adepti essent, atque in his multum laborarunt, sed frustra, cum ex præmissis rationibus isti termini extranei remanerent, neque ego, & ceteri pro hac parte scribentes, in eis insistemus, unde unico verbo respondimus fuit de defectu applicationis ad casum, & nihilominus, etiam in casu,

quo aliqua ex limitationibus caderet, in possessorio respondentum est est pro eo, qui reperitur in possessione, ut in casu controversia inter plures conductores habetur dicta decis. 64. par. 7. rec. repetit. dec. 632. a. apud Postum de manu.

Quatenus igitur pertinet ad punctum, à quo omnia præmissa pendeant, & ubi revera totus disputationis, cardo consitetur, An, scilicet dicta Pompilia uxoris Domitii, qui cum sua pecunia hanc acquisitionem fecerat, dicenda esset emphyteuta, atque jus emphyteuticum perfectè habere, ita ut vivens vel mortiens in alterum transferre posset, seu quod ex ejus persona, & jure, necessaria renovatio regulanda esset.

Ad istud jus excludendum, scribentes in contrariis, præcipuum fundamentum constituebant in duabus punctualibus decisionibus editis in Romana domus 19. Aprilis 1660. & 19. Februarii 1663. coram eodem Cerro ubi, in consimili vestitura emphyteutica domus ex causa onerosa facta per vitum de ejus pecunia, pro se, & uxore absente, deciditur uxori quæ situm non esse ius emphyteuticum, sed illud spectare ad ipsius viri hæredes, ex rationibus, & auctoritatibus deducit in eisdem decisionibus.

Verum, inspectâ euam veritate, facilis fuit objecti solutio, quamvis dictarum decisionum subsisteria admitteretur, ex defectu applicationis, ob diversas circumstantias, in uno, vel altero calu concurrentes, ibi enim contentio non erat cum dominio directo, seu altero, ab eodem de novo investito, ut in praesenti, sed cum hæreditibus fideicommissariis viti, qui bona eū eius pecunia acquisierat, opponentibus de nullitate huius implicitæ donationis inter virum & uxorem, ipso iure resultant, non quidem ex prohibitione loris communis, sed ex statuto Urbis, quod ipso iure irritat aetum habendum pro infecto, ideoque magna differentia est inter illum, in quo, admissa etiam implicita donatione inter virum & uxorem, obstabat solum prohibito loris communis, quæ cessat per mortem viri perseverantis in eadem voluntate, per quam talis donatio confirmationem recipit, ad text. in l. cum hic statut. ff. de donat. inter Vir. & Uxorem. l. si maritus & l. donationes. Cod. eodem, Mantic. de tacit. lib. 21. tit. 7. n. 33. cum sequen.

Item ibi contentio non erat cum ipsa muliere iam defuncta, sed cum eius hæreditibus, ipsaque, viro supervivens, recognoscendo veritatem, nunquam possessionem domus adepta fuerat, neque peccata, quinim expresse passa erat ipsam ab hæreditibus viri possideri. Et, quod magis, vel explicitè constabat, virum de eadem domo tanquam propria disponuisse, illamque subiecisse fideicommissio, cui omnia bona supposuerat, quæ omnia in praesenti cessabant, quoniam nullum penitus aderat diversæ voluntatis argumentum in viro ab intestato defuncto, eiusque morte sequente, hæredes numquam contradicendo, passi sunt dictam uxorem domum possidere, ipseque dominus directus, ab ea tanquam emphyteuta canones perceperat, & quod magis, in eadem investitura, cuius vigore actores veniebant, suum ius reservatur sub errore solum presupposito, quod esset usurpatuaria, ut supra.

Unde propterea dicebam, rectè applicari firmata punctualiter apud Decimum. cons. 58. num. 1. cum seqq. & per tot. & Roland. cons. 19. num. 35. num. 35. volum. 1. super consimili concessione facta viro & uxori, ut etiam ista dicatur emphyteuta, quod tanquam absolutum supponitur apud Coccin. dec. 32. num. 13. ubi quod solum vir dicitur primus acquirens, uxori autem, secunda, & succeditrix.

His

His statibus opus non erat iassumere altiorem inspectionem, circa defectum potestatis Episcopi, vel Vicarii faciendi hujusmodi abusivam, seu preventivam investitaram, cum, admissa etiam tali potestate, adhuc ejus effectus cessaret, quia semper intelligitur quoad ipsum concedendum, sive ad summum, quoad successorem, cuius respectu hujusmodi inspectio caderet solet, non autem quoad præjudicium possessoris, quod semper censetur præservatum.

Adhuc tamen scribendo in causa, tam in Rota, quam in praecedenti instantia coram A.C. seu uno ex ejus locum tenentibus, coram quo viro ingenioso, atque hujusmodi altos, parumque frequentes articulos libenter afflumente, Dicebam, quod, ubi etiam talis potestas admittenda esset in ipso Episcopo, juxta deducta apud Gratian. d. sept. 818, in qua autoritate totum erat fundamentum scribentium in contrarium, stante quod casus vacationis evenerat durante ejusdem Episcopi præsulatu, unde propter ea non intrabat ratio præjudicii, seu supplantationis successoris; Adhuc tamen ista investitura invalida fuisset, arque intrabat idem defectus potestatis, dum facta non erat ab ipso Prælato, sed ab ejus Vicario Generali, cui concessa erat facultas faciendi concessiones, & renovationes emphyteuticas in forma, sub qua generalitate non venit ita facultas faciendi concessiones preventivas, seu abusivas. ut in specie Rosenhal. cap. 9. conclus. 3. o. num. 8. & cap. 10. conclus. 8. num. 46. cum sequent. cum aliis, quæ occasione officiorum ita preventivæ concessorum, habentur apud Amicangel. de Regalibus officiis quest. 10. num. 4. & 28. ex triplici ratione; Una assigurata per allegatos, quod sub hujusmodi Vicariorum facultatibus, veniunt solita, non autem insolita inoigenita nota speciali; Altera, quod ita Vicarius, vel alter officialis, supplantare posset ipsummet Prælatum, seu principalem præponentem, ita præveniendo futuras vacationes; Et teria, quod in Prælatis, vel aliis, Præcipiè inferioribus, in aliquorum sensu, hic reputatur actus illicitus ut potest tendens ad supplantationem successoris, à quo facienti forte imputari potest dolus seu delictum, Unde intrat generale receptum axioma, quod mandatum non censetur datum ad delinquendum, neque sub eo ventura, quæ delictum importare possunt; Potissimum vero dum facultas huic Vicario concessa circa hujusmodi investitures, vel renovationes continebat illam clausulam, in forma, per quam clare dognoscitur, facultatem restitutam esse ad ea, quæ sunt solita, & ordinaria, non autem extraordinaria, & insolita.

Ceterum, quatenus pertinet ad facultatem ipsiusmet Prælati faciens hujusmodi preventivas, seu abusivas investituras, tanquam species expectativae de beneficio pleno, Rota in decisione desuper edita, non multum immorato est in hujus articuli discussione, sed planam habuit negativam, ob rationem supplantationis successoris, ad notat. in cap. 1. in princip. ubi glos. verb. Archiepiscopus, qui successores suendum dare tenentur, procedendo cum decisione Foro Empsonien; seu Eugubina, coram Coccino decis. 39. n. 35. & 36. par. 8. rec. & in Servien bonorum 23. Martii 1648. coram Ghislerio, decis. 165. n. 9. par. 10.

Scribentes autem in contrarium, pro sublinenda hujusmodi investitura, totam vim constituebant in auctoritate Gratiani dicta d. sept. 818. cum ibi deductis per eos reassumptis, nimium exaggerando propositionem, de qua etiam infra in Foro Iviuen. domus, seu emphyteusis d. 3. de efficacia doctrinarum, & auctoritatum punctualium, prævalere debentium ratiocinii, & argumentis.

Mihi verò videbatur, dictæ auctoritati in proprio situ nullatenus deferendum esse, Tum quia in causa, de quo agit Gratian, ubi supra, concurrebat consensus possessoris, ut pater num. 24. cum seqq. unde propter ea minor ibi cadebat difficultas; Tum etiam quia, ut ex eodem patet, ille procedit cum terminis, seu iuribus feudalibus, per quæ non attenditur ratio voti capienda mortis, ignota apud eadem iura, seu consuetudines feudales, aut jus longobardorum, à quo hujusmodi consuetudines magnam dependentiam habere videntur; Ideoque non bene infertur à feudiis in jure communis Romanorum ignotis suumque particulare jus habentibus, ad emphyteusim jure communis cognitam, istoque profindè magis regulandam, quo attinet intrat dicta ratio voti capienda mortis ut in specie, occasione officiorum, advertunt Socin. cons. 53. lib. 3. Mastrill. de magistrat. lib. 1. cap. 25. num. 7. cum sequent. Capc. Latr. consuli. 145. num. 28. cuus sequent. & num. 148. cum aliis in eisdem terminis præventivæ concessionis offici plenè deducitis in Romana offici de maioriis sub tu. de Regalibus d. 3. Unde propter ea, quicquid sit de hac propositione in materia feudali, ob suum jus particulare ita disponsent, Dicebam exinde inferri non posse ad emphyteuticam jure communis cognitam, ideoque cum isto regulandam. Ad hoc enim, ut à feudo ad emphyteusim arguere liceat, vel econtra, tria requiruntur, Primò quod eadem militari ratio; Secundò, quod justudiale fundatum sit in naturali ratione; Et tertio quod contrarium non sit de jure expresse dispositum ut ex Iaf. in l. 1. C. de jur. emphyt. 55. Everard, loco 12. legal. ac alitis Franch. dec. 91. num. 5. ubi allegat Liparnull. ad Iferniam; & cateri per Fulgin. de emphyt. in prælud. q. 10. Altograd. cons. 25. num. fin. lib. 1.

Procediendo autem ulterius super hoc articulo, occasionis præsertim disputationum in contradictionibus habitis coram judice primæ instantie, in quibus quandoque, ad satisfaciendum auditorie, conceditur aliqua divagatio, in Rota tamen, juxta antiquam laudabilem stylum, quandoque moderno tempore violati solitum, omnino prohibita, Dicebam in proposito, quod quicquid sit de concessionibus factis per illos, quotum respectu successor in Principatu, vel dominio, habeditariam qualitatem habere debet, unde propter sua auctoris factum impugnare non potest, juxta terminos textus in l. cum à matre Cod. de rei vendie. & l. vindicantem ff. de eviction. Quatenus pertinent ad proprios, & speciales terminos successoris per electionem futilio titulo, in Principatu, dominio, vel Prælatutu venientis omnino independenter à predecessoribus, ut frequentius exemplificari contingit in Papa, & in Episcopis, aliisque Prælatibus, vel similibus? Aut agitur de prima specie; Papæ, scilicet, vel alterius Supremi Principis habentis in facultatibus tollendi, quatenus velit, justerit, & ac dispensandi, impedimentis, à jure positivo resultantibus, & tunc quicquid Rosenhal. ubi supra, & alii, præsertim ultra montani, in specie de Pontificis potestate motivaverint ex ratione supplantationis successoris, distinguentes etiam, inter eiusdem Pontificis Principatum Sacrum, & prophanicum, seu Ecclesiasticum & temporalem; Nihilominus, tam de iure, apud citramontanos, quam in Rota, & Curia Romana, omnino veterius, ac receptum est, dictam rationem non urgere, neque hanc potestatem impeditre, ex iis, quæ in his (specie) libus terminis preventivas, seu abusivas concessionis emphyteuticas, præveniendo etiam inferiores Prælatos, ad quos alias in casu vacationis, eas facere pertineret, habentur plenè deducta in dicta Euro Empsonien; seu Eugubina emphyt. coram Coccino, dec. 39. par. 8. rec.

## DE EMPHYTEUSI DISC. II.

ii

**E**t in eadem dec. 337. par. 11. Unde propterea, vel nulli, vel nimirum rari sunt casus, in quibus hodie in foro de Pontificis, vel alterius supremi Principis potestate, directa, & praecisa cadat quaestio, haberi solita solum super voluntate, ad cuius defecatum, pro confirmatione actus, omnes disputationes restringuntur; Ea vero, qua per scribentes, circa protestatis defecatum, non concurrente legitimata, & publica causa considerantur, deduci, ac ponderari solent. Vel ad effectum fori interni, de quo ad forenses inspicere non pertinet. Vel ad effectum, ut Principi absenti, per magistratus, & officiales, replicandum sit, abstinent ab executione, donec expeteretur secunda, & quandoque tertia iussio. Vel denum ad effectum, ea deducendi coram eodem, frequentius vero, coram sive celsiore, ut gesta revocet explicita, vel etiam implicita, non dando executionem, ex iis quae in hac materia potestatis Papae, vel alterius Principis, deducta habentur in Romana seu Salernitana sub tit. de Regal. disc. 148.

Aut vero agitur de Prælatis inferioribus, in quibus non militet dicta potestas derogandi juri testi, ac dispensandi impedimentis à juri etiam positivi dispositione resultantibus; Et tunc, triplex urget ratio potestatis defecatum suadens. Una est, voti capitandæ mortis, ex qua resultaret infectione actus, ipso jure, juxta terminos text. in l. finali Cod. de partibus concord. Et, quoad istam considerabam hodie saltem ex communis usu recte procedendum esse cum dictis terminis feudalibus, cum quibus procedit Gratian. dicta discept. 818. quoniam, quicquid esset de morib. s illorum seculorum, in quibus leges Romanorum prodiierunt, hoc votum nimiam timentes; de præsenti, usus ac experientia præbent, non adeò timendum esse, neque hoc inconveniens refutare, nam alias Pontifices, si non in ratione coactiva, saltem directiva, abstinerent à concessionibus expectativarum, sive ab admissionibus resignationum, cum reservatione frumentorum &c.

Altera est ratio præjudicii possessoris & tunc istud in sensu omnium, non est ab inferiori superabile, cum ex supra allegatis, omnes concordent, etenim hujusmodi abusivas successiones substineri, quatenus, nullum nec quidem modi cum possessoris præjudicium contineant; Adhuc tamen ad plures effectus ex una vel altera specie infectionis resultantes, considerabile est, quod iste defecus, igitur non intrinsecus, & de natura rei, sed accidentalis, ratione præjudicii, non importet omnimodam infectionem ipso jure, sed totum præservationem dicti præjudicii, & quatenus possessor conquatur, illud que deducat, ita ut ob explicitam, vel implicitam ratificationem, quae sperari valeat, actus ita implicitum habeat statum validitatis, sive suff. agari valeat cauella ponderata per Gratian. ubi supra, & alios, conferendi scilicet concessionem in tempore habile, cum clausula, ex tunc pro tunc, pro quanto jus possessoris omnino cessaverit, quo casu nihil sua interest.

Tertia demum est ratio supplantationis, seu præjudicii successoris, & haec pariter, cessante justa causa necessitatis, vel utilitatis Ecclesie, alii que requisitus ad validam alienationem, necessarius, est inevitabilis, sed pariter non est infectio intrinseca, importans nullitatem ipso jure, sed habet implicitum statum validitatis, quoniam, ut in præsenti, quatenus non ingeret altera ratio præjudicii possessoris, contingere potest casus vacationis durante prælatura, seu jure concedentis. Et sic actus habet implicitum statum validitatis, suamque observantiam & executionem me-

reretur, quatenus tempore habili contingat, quod nimirum refert, quia si actus esset ipso jure, & ab initio infectus, etiam ipsiusmet concedens impugnare posset, atq; secundus concessio natus esset præferendus, cuius contrarium dicendum est in casu validitatis, quoniam, sicuti in beneficiis, & similibus, receptam regulam habemus, quod gratia anterior, præfertur posteriori, ut colligit Gonz. ad reg. 7 §. 2. pro cm. num. 2. Buratt. dec. 421. n. 1. Rot. in Edebrunen. Prioratus 27. Inni 1653. Alberg. & sapius, ita investitura posterior posteriori prævaleat, ut, ceteris allegatis Gregor. decis. 109. num. 9. Rojas decis. 339. num. 12. Rot. d. cis. 175. num. 2. 3. 10. Et 11. in quibus concordantes, quod tamen procedit, dato æquali concursu, sive ubi dispositio l. quoties C. de rei vindicat, non intret, nam alias, si secundus prius obtineat possessionem, & non simus in casu limitato, hic præferendus est, ut plene colligit Cephal. consil. 263. num. 9. Et 10. Et admittitur apud Rojas dicta decis. 339. Et dicta decis. 175. num. 11. p. 10.

## ALIA FVLGINATEN.

### DOMVS

PRO

### MUTIO ORFINO,

CVM

ANNA MARIA DE SILVESTRIS,  
ET ELISEIS.

*Casus disputatus coram A.C. & resolutus  
pro Anna Maria.*

De eadem materia, abusivæ investituræ in supplancementum successoris, Andicatur talis, ubi fiat ab initio pluribus personis ad eorum tertiam generationem, cum hoc, quod prius una, deinde altera generatio potiatur.

S U M M A R I U M.

- 1 *F*acti series.
- 2 *D*e invalida investitura abusiva Prælati inferioris.
- 3 *M*eliora sunt motiva facti quam juris.
- 4 *Q*uando propriè dicatur investitura abusiva.
- 5 *P*rohibitum non est facere eamdem concessionem pluribus personis in solidum ab initio.
- 6 *E*adem concessio potest fieri pluribus, ac omnibus habitu competere, sed exercitum vel commoditas uni tantum.
- 7 *P*lures personæ materiales possunt concurrere ad constitutandam unam personam formalem.
- 8 *U*nus officium potest eoderum tempore concedi pluribus personis.

DISC.